quod si quis non oboedit uerbo nostro per epistulam hunc
notate. et non commisceamini cum illo ut confundatur.
et nolite quasi inimicum aestimare. sed corri
pite ut fratrem. Ipse autem dominus pacis det uobis pa
cem sempiternam in omni loco. dominus cum omnibus uobis.
Salutatio mea manu pauli. quod est signum in omni
epistulae. Ita scribo. Gratia domini nostri ihu xpi cum
omnibus uobis amen. Explicit ad thessalonicenses
secunda. Scribta ab athenis. Incipit ad colossenses.
I GRATIAS. agimus deo et patri domini nostri ihu xpi pro uobis
audientes fidem uestram ut in uniuersis eodem confortati
sitis cum gaudio gratias agentes deo patri qui nos
dignos fecit in sortem sanctorum in lumine qui nos eripuit
de potestate tenebrarum et transtulit in
regnum filii dilectionis suae. II. Uide ne
quis uos reducat per philosophiam. si consurre
xistis cum christo quae sursum sunt quaerite. III. Cari
tas quae est unitatis abundet in uobis. mulieres
uiris suis et filii parentibus subiecti sint. sermo
uester in gratia sit sale conditus. Explicit capi
tula. INCIPIT. ARGUMENTUM.

Colossenses & hii sic laudocenses sunt asiani. &
ipsi praeuenerant a pseudo aptis sed & hos p epistu-
lam corrigit, Audierant enim uerbo ab archippo
qui & ministerium in eos accepit, Ergo apls iam
ligatus scribit eis ab epheso; Expl. argumen-
tum. Incipit, Ipsa epistula.

Paulus apls xpi ihu p uoluntatē di & timotheus
frat. his qui sunt colossis. scis & fidelib fratrib in — et ihu xpo dno nro
xpo ihu. Gratia uob & pax a do & pace dni ni ihu — patre nro
xpi semp pro uobis orantes. audientes fidē urām — i. Gratias agim do.
in xpo ihu. & dilectionē quae habetis in scos omnes.
ppt spem quae repositae uob in caelis. quae audistis
in uerbo ueritatis euangelii quod puenit ad
uos. Sicut & in uniuerso mundo est & fructificat
& crescit sicut & in uob ex ea die qua audistis
& cognouistis gratiā di in ueritate. Sicut
didicistis ab epaphra dilecto carissimo conseruo nro
qui ē fidelis p uob minister xpi ihu. Qui etiam
manifestauit nob dilectionē urām in ... xpo;
Ideo & nos ex qua die audiuimus n cessamus
p uob orantes & postulantes. in omni sapientia — ut impleamini agnitione uoluntatis eius

et intellectu spiritali. ut ambuletis digne deo per omnia placentes; in omni opere bono fructificantes et crescentes in scientia dei; in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius; in omni patientia et longanimitate cum gaudio; gratias agentes deo patri. Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum. et transtulit in regnum filii dilectionis suae; in quo habemus redemptionem et remissionem peccatorum. Qui est imago dei invisibilis. primogenitus omnis creaturae. Quia in ipso condita sunt universa in caelis et in terra. visibilia et invisibilia. sive throni sive dominationes. sive principatus. sive potestates. Omnia per ipsum et in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes. et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis eclesiae. qui est principium primogenitus ex mortuis; ut sit in omnibus ipse primatum tenens; Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare et per eum reconciliare

Omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius.
Siue quae in caelis siue quae in terris sunt. Et uos cum
essetis aliquando alienati et inimici sensu [in operibus malis]
in operibus malis. Nunc autem reconciliauit in cor
pore carnis eius per mortem. Exhibere uos sanctos et inma
culatos et inreprehensibiles coram ipso. Si tamen perma
netis in fide fundati et stabiles et immobiles a
spe euangelii quod audistis quod praedicatum est in
uniuersa creatura quae sub caelo est. Cuius factus sum
ego paulus minister. Qui nunc gaudeo in passionibus
pro uobis. Et adimpleo ea quae desunt passionum
christi in carne mea. pro corpore eius quod est ecclesia.
Cuius factus sum ego minister secundum dispensati
onem dei quae data est mihi in uobis ut impleam uerbum dei.
Mysterium quod absconditum fuit a saeculis et genera
tionibus. Nunc autem manifestatum est sanctis eius.
quibus uoluit deus notas facere diuitias gloriae
sacramenti huius in [Gentibus] generationibus. quod est christus
in uobis spes gloriae. quem nos adnuntiamus corripi
entes omnem hominem. [omnem hominem] et docentes in omni sapientia
ut exhibeamus omnem hominem perfectum in christo iesu.

In quo & laboro certando secd operatione eius
quam operat in uirtute; Volo enim uos scire qua
lem sollicitudine habeam pro uobis & pro his
qui sunt laodiciae & quicumq; non uiderunt faci
em meam in carne ut consolentur corda ipsorum In
structi in caritate & in omnes diuitias pleni
tudinis intellectus. In agnitione mysterii di
patris & dni xpi ihu. In quo sunt omnes thesauri
sapientiae & scientiae absconditi; Hoc autem
dico ut nemo uos decipiat in sublimitate ser
monum; Nam & si corpore absens sum. Sed
spu uobiscum sum. gaudens & uidens ordine
uestrum. & firmamentu ei q; in xpo e fidei uestrae
Sic ergo accepistis dnm ihm xpm in ipso ambula
te. Radicati & sup aedificati in ipso & con
firmati fide. Sic & didicistis abundan
tes in illo in gratiarum actione;

II Uidete ne quis uos decipiat p philosophiam
& inanem fallaciam secundu traditionem
hominu. secd elementa mundi & n secd
xpm; Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo

diuinitatis corporaliter. Et estis in illo
repleti qui est caput omnis principatus et po
testatis: in quo et circumcisi estis. Circumcisione
non manu facta in expoliatione corporis
carnis. sed in circumcisione xpi; Consepulti estis ei in bap
tismo. In quo et resurrexistis per fidem operationis
dei. qui suscitauit illum a mortuis; Et uos
cum mortui essetis in delictis. et praeputio carnis
uestrae. Conuiuificauit cum illo donans uobis
omnia delicta. Delens quod aduersum nos erat
chirographum decreti. quod erat contrarium
nobis. Et ipsum tulit de medio. affigens illud
cruci. Expolians principatus et potestates.
traduxit confidenter. palam triumphans illos
in semetipso; Nemo ergo uos iudicet in cibo aut
in potu. aut in parte diei festi. aut neomeniae.
aut sabbatorum quae sunt umbra futurorum. corpus
autem xpi; Nemo uos seducat. uolens in hu
militate et religione angelorum quae non uidit.
ambulans frustra inflatus sensu carnis suae.
Et non tenens caput. ex quo totum corpus per nexum
et coniunctiones subministratum. et constructum
crescit in augmentum dei; Si mortui estis cum

xpo ab elementis mundi. Quid adhuc tamquam
uiuentes in mundo decernitis. neq; contrectaueri
tis. quae sunt omnia in interitu in ipso usu. Secundum p
cepta & doctrinas hominum; quae sunt rationem
quidem habentia sapientiae in superstitione & humi
litate. & ad non parcendum corpori. Non in honore
aliquo ad saturitatem carnis; Igitur si consurre
xistis cum xpo quae sursum sunt quaerite ubi xps est in dextera
dei sedens, quae sursum sunt sapite non quae super terram;
Mortui enim estis & uita uestra abscondita est cum xpo in
deo; Cum autem xps apparuerit uita uestra; tunc & uos
apparebitis cum ipso in gloria; Mortificate ergo
membra uestra quae sunt super terram; Fornicationem inmun
ditiam libidinem concupiscentiam malam & auaritiam
quae est simulacrorum seruitus; Propter quae uenit ira dei super
filios incredulitatis; In quib; & uos ambulastis
aliquando cum uiueretis in illis. Nunc autem deponite
& uos omnia. iram. indignationem. malitiam. blasphemiam.
Turpem sermonem de ore uestro non procedat; Noli
te mentiri inuicem. expoliantes uos ueterem homi
nem cum actib; eius. & induentes nouum eum qui reno
uatur in agnitionem. secundum imaginem eius qui creauit eum;
Ubi non est gentilis & iudaeus. circumcisio & praeputium.

⊙ /. ne tetigeritis. neq; gustaueritis.

barbarus & scitha (h) seruus & liber. Sed omnia
& in omnib; xps; III. INDUITE ERGO UOS SICUT
electi di sci & dilecti uiscera mis(ericordi)ae. Benignitatem.
humilitatem. modestiam. patientiam. supportantes
inuicem & donantes uob (met) ipsis. Si quis aduersus
aliquem habet querellam. sic& dns donauit uobis ita & uos.
Sup omnia autem hanc caritatem (habentes) qd e uinculum pfecti
onis. & pax xpi exultet in cordib; uris. In qua & uo
cati estis in uno corpore & grati estote; Verbum
xpi habitet in uob abundanter in omni sapientia.
Docentes & commonentes uos metipsos. psalmis.
hymnis. canticis spitalib; in gratia cantantes
in cordib; uris do; Omne quodcumq; facitis in uerbo
aut in opere. Omnia in nomine dni ihu xpi.
Gratias agentes do & patri p ipsum; Mulieres
subditae estote uiris. sic oportet in dno; Viri
diligite uxores uras. & nolite amari esse ad
illas. Filii oboedite parentib; p omnia;
hoc enim placitum e in dno; Patres nolite ad in
dignationem puocare filios uros. ut non pusillo ani
mo fiant; Serui oboedite p omnia dominis carna
lib;. Non ad oculum seruientes quasi hominib;
placentes. Sed in simplicitate cordis

amentes dnm; Quodcumq; facitis ex animo ope
ramini sic dno & non hominib;. Scientes quod
a dno accipietis retributione hereditatis. xpo dno
seruite; Qui enim iniuria facit recipiet id quod inique
gessit. & non e psonaru acceptio apud dm; Domini qd
iustu e & equu seruis prestate. Scientes qm &
uos dnm habetis in caelo; Orationi instate uigi
lantes in ea in gratiarū actione; Orantes simul
& pro nob. Ut ds aperiat nob ostiu sermonis ad lo
quendu mysterium xpi. ppt quod &iam uinctus su.
ut manifestem illud. Ita ut oportet me loqui; In sapi
entia ambulate ad eos qui foris sunt. tempus redimentes;
Sermo uester semp in gratia sale sit conditus. Ut sci
atis quomodo oporteat uos unicuiq; respondere;
Quae circa me sunt omnia uob nota faciet Tythicus.
carissimus frater & fidelis minister. & conseruus in dno.
quem misi ad uos ad hoc ipsu ut cognoscat quae
circa uos sunt; & consoletur corda ura cum onesi
mo carissimo & fideli fratre qui e ex uob. Omnia
quae hic aguntur nota facient uob; Salutat uos
aristarcus concaptiuus meus. & marcus conso
brinus barnabae. de quo accepistis mandata.
si uenerit ad uos excipite illu; & ihs qui dicit

ius tus· qui sunt ex circum cisione.,. Hii soli adiutores
in regno di· qui mihi fuerunt solacio; Salutat uos
epaphras qui ē ex uobis est seruus xp̄i ihū· Semꝑ
sollicitus ꝓ uob in orationib;· ut stetis ꝑ
fecti· & pleni in omni uoluntate di·. Testimo
niū enim illi ꝑhibeo· quod habet multū laborē
ꝓ uob & pro his qui sunt laodiciae· & qui hierapoli ;·
Salutat uos lucas medicus carissimus· & demas.·
Salutate frs· qui sunt laodiciae· & nimpham·
& q; in domo ei ē eclesiā.; Et cū lecta fuerit apud
uos epistula· facite ut & in laodicensiū eclesia
legat·. Et eam q; ē laodicensiū uos legatis.,
Et dicite archippo; Uide ministeriū qd accepis
ti in dnō ut illud impleas.,. Salutatio mea
manu pauli; memores estote uinculorū meorū.,
Gratia di uobis cum amen.;

EXPL· AD COLOSSENSES missa ab urbe
Roma de carcere ꝑ tithicū diaconū & hone
simum acolitum. INCIP· AD TIMOTHEUM
PRIMA ARGUMENTUM. Timotheū instru
it & docet de ordinatione episcopatus & dia
conii & omnis eclesiasticae disciplinae

INCIPIUNT CAPITULA.